



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Ortus Ignatij, & educatio. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

IGNATI VITÆ LIBER PRIMVS.



Ortus eius, & educatio. Cap. Primum.



In ea Hispaniæ regione, quæ ad Pro-
nau pertinet, ac vulgi sermone Gu-
puzcoa nominatur, in primis clara est
Loioleia familia. Eius familie pre-
ceps Bertramus, Ognis & Loiole do-
minus, quæ loca sunt in finibus vrbis
Aspeithiæ, in matrimonium dedit
Marina Sone, æquæ clari generis scemina, quæque sus-
cepit ex ea filias, filios octo: quorum minimus natus
Ignatius is, quem Societas Iesu parentem agnoscit: ve-
lius de vita & moribus, quæ nobis fuerint comper-
ta, in vnius Dei gratiam gloriamque litteris mandare de-
creuimus. Hisce ergo parentibus natus Ignatius in Hi-
spania Fernando & Elisabetha, cognomento Catholica.
Ac de prima ipsius pueritia id vnum constat, haud in le-
uera disciplina educatum à suis fuisse; atque ad ipsius in-
cunabulis, vt in opulenta domo, profanos admodum ha-
sisse spiritus: deinde litteris vix dum à limine saluatis,
cùm esset eximia & animi & corporis indole, coronatus
in Fernandi regiam à patre missum, veten Hispaniarum
re, quo in regno principum liberi ea fere condicione ac-
iure nascuntur, vt maximus ætate dumtaxat in partem o-

nio imperioque succedat; reliqui, siue ad acuendam gen-
 tis industriam, siue ad familiarum splendorē in vno capite re-
 tinendum, portiuncula quadam hereditatis aspersi que te-
 nuem in victum cultumque sit satis, vel studiis doctrinae mi-
 litariue dant operam, vel aulae regumque praesidio ad opes
 gloriamque nituntur. Hic ille cum honorarios inter
 ephebos aliquandiu apparuisset, aulicis imbutus moribus
 ad Antonium Manricum sese contulit Nariensium ducem,
 eius, quos in Hispania magnates appellant; quo cum Lo-
 ioletae genti necessitudine vetus intercedebat. Atque apud
 hunc domi forisque in honore habitus, rei militaris ty-
 rocina posuit: & quod eius ferme vsu venit, qui nondum
 caelestes delicias degustarunt, id ipsum Ignatio contigit,
 ut ardenti laudis humanae studio, & communis consue-
 tudinis impetu abreptus, cum esset in corporis ornatu e-
 legantissimus, equorumque, & armorum vsu praecelle-
 re, quod sibi datum fuerat temporis ad negotiationem
 salutis aeternae, id ille miserabiliter, ut plerique mortaliū,
 partim in factionum rixarumque periculis, partim in a-
 matoria vanitas, & caetera saeculi vanitate consumeret.
 Verumtamen inter eiusmodi vitia, & caecos errores, praec-
 clara quaedam emicabant bonae ac religiosae mentis in-
 dicia. Primum enim in tanta licentia militari, tamque corru-
 ptis hominum moribus, quamuis animo consternatus esset
 interdum, & multis vndique cinctus angustiis; nulla tamen
 ipsius atrocior vnquam audita vox est, quales multae a
 nefariis hominibus in Deum, ac Dei prouidentiam vulgo
 iactantur. Nec solum ab omni verborum impietate sem-
 per abhorruit, sed etiam sacra omnia sacrorumque an-
 tiquitates naturae perpetuo instinctu admodum religiosae
 reuerentia est. Erat praeterea intactus ab avaritiae sordibus,
 & a lucri cupiditate vehementer alienus: quod cum alias,
 tum vero in expugnatione urbis Nariarum, quae in Canta-
 briae finibus est, perspicui potuit: quam iure belli, cum dux
 militum diripiendam dedisset; Ignatius, quamuis ad ipsum
 victoriae pars non exigua pertineret, tamen nec praesentis
 praedae dulcedine, nec caeterorum exemplo adduci po-
 tuit, ut sese alienae rei contactu pollueret; non Christiano
 solum,

solum, sed etiam ingenuo homine id indignum crif-
mans. Quae ipsius altitudo animi in priuatis quoque
sidijs ac similitudinibus eminebat, ut si quando ex certamine
dignitatis (ut fit) ad manus pugnamque venisset, in
eius reconciliatiōni daretur, illico vna cum armis odium
omne deponeret, & cum inimicis in gratiam plane bona
rediret fide. Neque verò eidem in magnis acutisque
negotijs capessendis alacritas, vel gerendis coelsum &
cautio deerat. quocirca inter quosdam Cantabrigia popu-
los graui orta seditione, legatus ad eos à duce Nauarregie
ui controuersias omnes magno partis virtusque costan-
su & approbatione diremit: ac licet iuuenis admodum
esset aetate, in agendo tamen, tractandisque hominum
ingenijs, iam tum senilis quaedam in eo maturitas appa-
rebat: profusus, ut negotiū nullū fermè susceperit, quod
non ad optatum exitum sua lenitate ac virtute perducere
rit. quamquam ob imperitiā rerum diuinarum, haec
tam egregia animi bona, & quasi talēta non optime ex-
hibebat interdum: ad hominū videlicet gratiam, ac sui
ipsius incrementa ijs artibus vitis, quas ad vniuersi Debe-
norem & gloriam omnino referri oportuerat.

Conuersio eius ad Christum. Cap. II.



VNC maximè in modum adolescen-
tia, atque ipso aetatis flore conlump-
to, cum annum ageret iam nonnullum
circiter & vigesimum, à miserabili ca-
rore, certoque aeternae vitae periculo
in rectum salutis iter summo Debe-
nificio reuocatus est. Tota enim e-
ius conuersionis ratio fuit eiusmodi. Ardebat eo tempo-
re Hispania intestini belli tumultibus: quam nactus oc-
casionem Franciscus Galliae Rex, Navarrae Valacorum
quae Guipuzcoam attingit, Henrico Aliberto regno
suo recuperanda, cuius pater ex eo regno Ferdinandus Ca-
tholici armis olim exactus fuerat; Andream Ferris, reg-
namento Alparorum, cum exercitu iussit in eas regio-
nes impetum facere. qui celeritate visus, cui aliquot loca
impe-